





KB230

.A3

T45

1726

v.6

c.1



1080045767

340

JO. BAPTISTÆ
DE LUCA
VENUSINI,

S. R. E. Presbyteri Cardinalis;

THEATRUM
VERITATIS & JUSTITIÆ,

SIVE DECISIVI DISCURSUS PER MATERIAS, SEU TITULOS
distincti, & ad veritatem editi in forensibus controversiis Canonici & Civilibus,
in quibus in Urbe Advocatus pro una partium scripsit, vel consultus respondit.

LIBER SEXTUS,

De Dote, Lucris Dotalibus, & aliis Dotis
appenditiis.

CUM NONNULLIS RECENTISSIMIS SACRÆ ROTÆ

Romane Decisionibus ad materiam spectantibus; nec non Annotationibus, ac Discursibus, qui antea in Supplementis extabant, suis locis optimè adjectis.



VENETIIS, MDCCXXVI.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

IO. BAPTISTA
DE LUCIA
 VENETI
 S. R. E. Presbyteri Cardinalis
THEATRUM
 VERITATIS & IUSTITIAE
 SIVE DECISIVI DISCURSUS PER MATERIAS, SEU TITULOS
 LIBER SEXTUS
 De Dote, Lucris Dotalibus, & aliis Dotis
 appendiciis.
 CUM NONNULLIS RECENTISSIMIS SACRAE ROTAE
 Romanae Decisionibus de praesentibus questionibus nec non annotationibus, ac Dis-
 sertationibus, quae in supplementis continentur, suis locis optime adhiberi




 UANL
 FONDO
 ALLA PUBBLICA DEL ESTADO

VENETIIS, MDCCXX
 Ex Typographia Balloniana.
 Typographum PERMISSU, ac PRINCEPS

INDEX ARGUMENTORUM

Quae in hoc Sexto Libro de Dote continentur.

- DISC. I.**
Romana dotis.
 An pater teneatur dotare filiam ipso infcio, vel invito nubentem; Et quatenus teneatur, an haec obligatio sit subsidiaria, quoties filia non sit de suo provisa, vel potius eam dotare teneatur quamvis divitem & provisam; Et quales dicantur nuptiae dignae, vel indignae, & qualis aetas attendi debeat ad effectum excusandae filiam postea indignae, vel inaequaliter nubentem.
- DISC. II.**
Eadem.
 De congruae dotis taxa generaliter facienda; Et quomodo specialiter in casu filiae, infcio, vel invito patre non indignae nubentis.
- DISC. III.**
Eadem.
 An pro dote ex intervallo per iudicem constituta filiae sine patris consensu nubenti, debeatur usurae dotalis ab initio contracti matrimonii, vel solum a die petitionis, & ad quam rationem.
- DISC. IV.**
Romana dotis.
 An filia, vel soror semel dotata ius habeat contra patrem, vel fratres amissa dote ob inopiam viri, cui liberet, & sine cautionibus soluta est, ad novam dotem petendam; Et an hoc sit transmissibile ad haeredes; Et qualis actio ad id competat, praesertim contra tertios possessores bonorum patris, vel fratris.
- DISC. V.**
Romana pecuniaria de Mareriis.
 Foeminae per statutum exclusae, an ius habeant petendi dotem, quamvis matrimonium carnale, vel spirituale non contrahant; Et quatenus tale ius non habeant, quae actio eis competat adversus creditores fratrum pro alimentis.
 Moniales Turris Speculorum Urbis, an dicantur verae Moniales, & an quod datur Monasterio pro ingressu dicatur dos, ita ut ipsae sint dotatae.
- DISC. VI.**
Romana dotium de Gottifreddis, seu Cevis.
 Subsidia dotalia ex alicuius extranei testatoris dispositione praestanda, unius, vel plurimum personarum filiabus, ex fructibus bonorum ab haerede, vel fideicommissario possessorum, an debeantur dictis puellis ordine simultaneo, ita ut ad fructus singulorum annorum omnes aequaliter concurrant, vel potius ordine successivo, ut iuxta aetatis prerogativam prius una, & postmodum altera provideatur.
- DISC. VII.**
Romana subsidiorum dotalium.
 Disponente statuto, ut subsidia dotalia ex pietate praestanda non conveniant puellis habentibus de proprio ultra certam summam; quoniam incumbat onus probandi affirmativam, vel negativam excessus.
 Et si reperitur eidem puellae constituta dos in majori summa, quam non constet fuisse exactam, quoniam incumbat onus probandi exactationem.
Card. de Luca, Lib. VI.
- Et aliqua de fraudibus, quae in proposito committi solent.
- DISC. VIII.**
Romana dotalium subsidiorum.
 Subsidia dotalia certo generi personarum, vel sub certis modis praestanda, si non ita praesententur, sed adhuc distribuuntur, licet diverso modo, an deinde praestanda sint, vel potius tale implementum sufficiat.
- DISC. IX.**
Romana electionis puellarum.
 Electio puellarum, quibus pia subsidia dotalia praestanda sunt ex dispositione testatoris, an sit libera haereditas, vel eius, cui onus est adjectum, & quando restrictio ad certum genus demandata uni ex haeredibus, vel legatariis, censetur aliis repetita.
- DISC. X.**
Romana legati dotium.
 Subsidia dotalia praestanda per locum pium puellis ab alio nominandis, cui testator talem dederit facultatem, an danda sint libera, vel potius subiaceant vinculis, & conditionibus, quibus subiacent subsidia, quae ab ipso pio loco generatim distribuuntur; Et an haec facultas consumatur per solum nominationem, ac respectivo admissionem ad subsidium non sequuto matrimonio cum solutione dotis.
- DISC. XI.**
Ariminen. dotis.
 Dos praestanda per ingredientis Monasterium, an possit ultra consuetam taxam augeri; Et an excessus de facto solutus, vel depositatus repetatur.
- DISC. XII.**
Bononien. detractionum.
 Legatum puellae pro dote, quae congrua sit nuptiis carnalibus, an debeatur integrum si ingrediatur Monasterium, ubi minor summa ad congruam dotem sufficit; Et an excessus per puellam legatariam donari, vel cedi possit ad favorem alterius, quam Monasterii.
- DISC. XIII.**
Eugubina dotis.
 Dos per statutum praestanda foeminae exclusae per masculos excludentes, an peti possit sine matrimonio per puellam in nuptam, atque in eorum caelibus in propria domo vivere volentem.
 Et quando haec dos succedat loco legitima.
- DISC. XIV.**
Romana legati.
 Legatum, vel alia nominis dispositio de dote praestanda, an sit pura, vel conditionalis; ita ut non sequuto matrimonio peti possit, necne; Et quatenus peti non possit, ad quem interim spectent fructus.
- DISC. XV.**
Spoletana donationis.
 Dispositio de dote alicui puellae praestanda, an dicatur pia, seu alias privilegiata; Et an specie ad effectum, ut donatio facta alicui nemine pro donatario stipulante sit valida & perfecta.

DISC. XVI.

Fanen. promissionis dotis.

De promissione dotis, vel alio contractu in eius causam facto per mulierem absque solemnitatibus Statutariis, an valeat, ita ut dos in hoc sit privilegiata.

DISC. XVII.

Tiburina donationis.

De eadem materia præcedentis, an scilicet, & quando mulier in causam dotis valide se obliget, seu alias contrahat sine solemnitatibus, & quando neque ista sufficiant.

DISC. XVIII.

Fulginate. donationis.

De eadem materia, an scilicet donatio, vel alia dispositio in causam dotis, vel augmenti subiaceat solemnitatibus statutariis, vel potius ab eis exempta sit.

DISC. XIX.

Romana dotis de Verinis.

De eadem materia solemnitatum adhibendarum, necne, in promissione dotis, vel alio contractu in eius causam facto per mulierem majorem.

DISC. XX.

Civitatis Castellii dotis.

De constitutione dotis filia facta per matrem cum eius dote, an dicatur invalida ex eo quod ipsa mater indotata remaneat.

DISC. XXI.

Perusina census.

An minor, vel eius curator dare possit in dotem absque solemnitatibus eius bona æstimata, præsertim census, ad effectum videndi, an extinctio census facta per debitorem cum viro valeat in mulieris præiudicium.

DISC. XXII.

Romana pecuniaria de Sanctaeruce.

De antiquo Statuto Urbis dotium moderatorio, an locum habeat in clericis, & an sit lex Papalis, vel lex Populi à Papa confirmata; Et de usu favorabili Statutorum laicalium in Ecclesiasticis, aliisque ad materiam huiusmodi Statutorum, cum clericis, vel aliis exemptis; Et plura de istis legibus dotium moderatorii.

DISC. XXIII.

Romana, seu Nepesina dotis.

De Constitutione Sixtinae dotium moderatoria, an locum habeat in muliere forens nubente civi, vel incolæ Romano.

DISC. XXIV.

Romana residui dotis.

Dos in capitulis matrimonialibus, seu apocha dotali constituta, an per subsequens instrumentum inter dotantem, & virum, sine legitimo ipsius mulieris interventu, & consensu minui possit; Et quidubi diminutio sequatur per viam declarationis, quod maior summa conventa esset simulatè ad pompam, an talis declaratio præiudicet.

De Constitutione Sixtinae dotium moderatoria annullante dotis excessum, an tollat mulieri quodcumque jus ex eius constitutione resultans, vel potius tale jus habitualiter acquiratur, suspensio solum, vel impedito exercitio actionis, donec obtineatur derogatio, ita ut ista retrahatur ad ipsum initium constitutionis dotis, non curata intermedia diminutione.

Promissio viri, vel socii, quod mulier pro summa diminuta non molestabit dotantem, quomodo intelligatur, an scilicet durante solum eo matrimonio, vel semper ac indefinitè.

DISC. XXV.

Recanaten.

De eadem materia declarationis factæ ex intervallo super diminutione dotis, & quod maior summa esset simulata, & ad pompam, an & quando importet recognitionem, seu probationem veritatis, vel potius diminutionem dotis jam constitutæ, ut mulieri non præiudicet.

DISC. XXVI.

Tudertina residui dotis.

De eadem materia dotis simulatæ, & ad pompam in maiori summa constitutæ; Et an frater qui tenetur sorores dotate de bonis paternis, possit eas inæqualiter tractare, uni majorem, alteri minorem dotem constituendo.

DISC. XXVII.

Romana augmenti dotis.

De augmento dotis per virum uxori constituto in tempus dissoluti matrimonii per ipsius viri præmorientiam, an subiaceat Constitutioni Sixtinae dotium moderatoria.

Conditio præmorientiæ, vel respectivè superviventia, an intelligatur de illa de facto, quæ etiam momento temporis verificetur, vel possit superviventiam duraturam spectato effectu; Et quando huiusmodi augmenta, vel alia donationes inter conjuges dicantur ex causa onerosa, & in compensationem inæqualitatis ratione ætatis, vel alterius circumstantiæ.

DISC. XXVIII.

Neapolitana dotis.

De dote promissa sorori per fratrem patris hæredem beneficiatum, an hereditario, vel etiam proprio nomine promissa censetur, ita ut ei suffragetur necne beneficium inventarii, præsertim in Regno Neapolitano propter decretum generale vulgò nuncupatum *quater Aularium*; Et de istius decreti materia.

DISC. XXIX.

Beneventana dotis.

Promissio dotis facta per matrem, an censetur fideiussorio nomine patris vel fratrum hæredum patris, ita ut ipsa ad solutionem directè cogi non valeat.

Exceptio non adimpleti, præsertim renunciationis faciendæ per mulierem, an retardet solutionem dotis; Et aliqua de præscriptioe statutaria, vel juris communis adversus dotem.

DISC. XXX.

Romana præterse legitime.

Dos data per patrum, vel alium, an censetur profectitia, vel adventitia, & an dotata imputetur in legitimam sibi in bonis paternis debitam; Et sic an censetur data inquit ipsius dotatæ, vel eius patris ad istum relevandum.

DISC. XXXI.

Romana dotis de Bonanis.

Dos data per patrem filia, cui stipulatum est reddi, an sit profectitia, vel efficiatur adventitia, ad effectum præsertim, ut hypotheca ab initio contracta per matrimonii dissolutionem non cesset, unde non acquiratur jus intermedii creditoribus, & ad alios effectus inde resultantes.

DISC. XXXII.

Romana cambii.

De eadem materia dotis per patrem constitutæ cum stipulatione reddi filia, an efficiatur adventitia, & an possit de illa disponere inter vivos, vel per donationem causa mortis absque consensu patris.

Index Argumentorum.

DISC. XXXIII.

Romana restitutionis dotis de Mauris.

De eadem materia dotis data per patrem, vel avum paternum, an sit profectitia, vel adventitia; Et de facultate mulieris de una, vel altera dote disponendi per viam donationis causa mortis, cum consensu patris, vel avi, & an iste consensus sit revocabilis.

DISC. XXXIV.

Spoletana restitutionis dotis.

An, & quando pater dotando simpliciter filiam, censetur etiam dotasse de bonis maternis eidem filia delatis, penes ipsum patrem dotis debitorem existentibus, ad plures effectus, illum præsertim, an renunciatio, quam deinde filia facit patri, egeat necne solemnitatibus statutariis; Ac ad alium effectum, an intret terminus, text. in *l. famina, C. de secundis nuptiis*, cum similibus; Et aliqua de dote profectitia, quæ soluto matrimonio ad patrem superflitem reverti deberet, sed ex consuetudine Martini deservit filiis, an istis imputetur in legitimam avi.

DISC. XXXV.

Romana reinvestmenti.

Dispositio fideicommissitatis de dote constituenda scemini ex bonis fideicommissariis, an intelligatur in subsidium juxta terminos *Auth. res que, C. commun. de leg. vel potius sit pura, ita ut etiam ab aliunde proviso peri possit.*

DISC. XXXVI.

Romana dotis de Capranica.

De congruitate dotis subsidiariæ constituendæ ex fideicommissio in vim *Auth. res que*; Et an excedere possit invitum masculis illam virilem, quam femina obtineret, si esset masculus; Et quale tempus attendi debeat pro hac virili regulanda, an tempus delati fideicommissi, vel illud donationis.

DISC. XXXVII.

Romana primogenitura de Cardellis.

Ad materiam text. in *Auth. res que, C. de legat. an scilicet dos descenditibus testatoris debeat ex fideicommissio, quamvis essent aliunde provisa, vel potius non nisi in subsidium; Et quid accedente eisdem testatoris, seu fideicommissitatis dispositione super huiusmodi dote præstanda.*

DISC. XXXVIII.

Pistorien. dotis.

Ad eandem materiam *Auth. res que*, an præceptum testatoris de dote constituenda, vel restituenda ex fructibus, non autem ex sorte, substatueatur; Et an constitui, vel restitui debeat ex sola portione fideicommissarii constituere, vel restituere debentis; vel etiam ex aliis portionibus.

DISC. XXXIX.

Bononi. fideicommissi de Monteveritiis.

De dote subsidiaria debita ex bonis fideicommissi in vim *Auth. res que*, an competat puellis naturalibus tantum, vel descenditibus per lineam naturalem; Et de huiusmodi dotis taxa, seu congruitate, quid ad ejus effectum attendendum sit, an deserendum veniat paterno iudicio, & an de viri inferiori qualitate pro taxa congruè diminutione habenda sit ratio.

DISC. XL.

Pisauren. Bonorum.

An bona pro dote extracta ex fideicommissio in vim *Auth. res que*, redeant ad fideicommissum, ubi omnia bona dantur cum fideicommissi eversione; Et de huiusmodi subsidiariæ dotis congruitate vel excessu, cuiam unam, vel alteram speciem probare incumbat.

tate vel excessu, cuiam unam, vel alteram speciem probare incumbat.

DISC. XLII.

Romana census de Amadis.

Ad eandem materiam *Auth. res que*, super substituendo ad favorem tertii contrahentis census impositum per fideicommissi possessorem pro filia dotanda, cui scilicet incumbat onus probandi extare, vel non extare bona libera; Et quæ ratio de bonis liberis patris in proposito habenda sit.

DISC. XLIII.

Romana fructuum de Cecchinis.

De congruitate, vel incongruitate dotis extrahendæ à fideicommissio ex subsidiario remedio *Auth. res que*, & cui incumbat onus unam, vel alteram speciem probandi; Et an idem remedium competat in bonis fideicommissi pro usibus dotalibus; Et aliqua de via executiva, vel alia actione pro dote exercibili contra tertium possessorem.

DISC. XLIII.

Firnana fideicommissi.

Ad eandem materiam *Auth. res que*, & de dote congruitate, vel incongruitate ad effectum substituendi alienationem in talem causam factas.

DISC. XLIV.

Fanen. dotis.

De eadem materia *Auth. res que*, pro dote restitutione, an locum habeat in fideicommissio particulari; Et quatenus sic, an procedat in sola portione viri, qui est dotis debitor, vel etiam in portionibus aliorum.

Et aliqua ad materiam text. in *l. qui autem, ff. que in fraudem creditorum*, præsertim in materia legitime, an possit debitor eam non agnoscere, vel illam acceptare gravatam onere fideicommissi in præiudicium creditorum.

DISC. XLV.

Romana, seu Spoletana.

Ad eandem materiam *Auth. res que*, quando locum habeat in fideicommissio transversali; Et an in fideicommissio ordinato per contractum.

DISC. XLVI.

Romana reinvestmenti conventionalis.

An dispositio *Auth. res que*, locum habeat in dote restituenda, de cuius investimento conventum fuit, deinde neglecto, seu malè facto cum ipso met viro.

DISC. XLVII.

Romana dotis de Guidonis.

Ad eandem materiam *Auth. res que*, an dos extracta à fideicommissio, & constituta filia possessoris, ad idem fideicommissum revertatur soluto matrimonio per mortem viri, superflite etiam patre mulieris. Et ista volente transire ad secundas nuptias, de quo tempore ex bonis liberis interiri sibi obventis sit provisa, an jus habeat petendi primam dotem subsidiariam ex fideicommissio sibi jam constitutum.

DISC. XLVIII.

Perusina affectuacionis.

De eadem materia *Auth. res que*, an bona fideicommissaria per uxorem iure affectuacionis constante matrimonio habita definiant esse talia; Et quatenus ex illis dos restituta esset, an fideicommissum subintret in jus & hypothecam mulieris pro excludendis viri creditoribus posterioribus ab ejus bonis liberis, & quid de fideiussore.

D I S C. XLIX.

Ravennaten. donationis.
Ad eandem materiam *Auth. res que*, an illa locum habeat favor uxoris descendentes, non solum pro dote per ipsam tradita, sed etiam pro donatione propter nuptias, seu dotis augmento ex causa alicujus inaequalitatis per virum sibi factae.

D I S C. L.

Romana Canonum.
Ad eandem materiam *Auth. res que*, an locum habeat in lucris dotalibus; Et an in parapherna.

D I S C. LI.

Romana fructuum dotis de Magdalenis.
Ad eandem materiam *Auth. res que*, an locum habeat pro fructibus, vel uluris dotalibus, ita ut pro eis actio competat ad bona fidei commissaria. Et aliqua de dictorum fructuum cursu ob interpellationem factam possessori fidei commissarii extitit hereditaria, an sit operativa contra eundem tamquam fidei commissarius; Et quando depositum habeat vim solutionis, ita ut impediatur necne cursum fructuum.

D I S C. LII.

Romana restitutionis dotis de Maurellis.
Ad eandem materiam *Auth. res que*, an illius remedium pro dote restituenda competat mulieri consentienti viro alienanti fundum dotalem, seu alia ejus bona propria.

Quando dos dicatur consistere in specie, vel in quantitate; Et aliqua de obligatione patris consentientis matrimonio filii, ad text. in l. si cum dote, §. transgrediamur, ff. de soluto matrim.

D I S C. LIII.

Romana laudi, seu taxa dotis.
De taxa dotis subsidiariae extrahenda a fidei commissio in vim *Auth. res que*, an regulanda sit ab illa, quam testator praescripsit ejus filiabus, & quomodo attendi debeat numerus filiorum, an scilicet omnium descendentium in genere, vel distributive in qualibet linea, ita ut sufficiat puellam esse unicam in linea propria, non curato numero aliarum linearum.

D I S C. LIV.

Romana dotis, seu revestimenti.
Dotantes an petere possint a viro, ut dotem in pecunia datam, vel promissam, & ex pacto investendam cum eorum scientia & consensu, & non alias investire teneatur, ut sit cauta; Et aliqua de fidei iussoribus dotalium, an & quando praestari debeant, vel possint.

D I S C. LV.

Romana dotis, seu canonum.
An dos dicatur consistere in specie, vel quantitate, ubi haec promissa est cum conventionem praestandi pro ea tot bona stabilia; Et an haec dicantur esse solum in facultate solvendi, ita ut sit in arbitrio dotantis, bona, vel quantitate praestare.

D I S C. LVI.

Romana dotis de Bolinis.
Dos an dicatur consistere in specie, vel in quantitate, & an bona dicantur data aestimata, vel in aestimata; Et aliqua de praescriptione dotis.

D I S C. LVII.

Romana, seu Januam. Restitutionis dotis.
An & quando bona, & jura data in dotem aestimata censentur data loco quantitatis, vel potius tamquam species, ad effectum videndi cuius sit augmentum, vel decrementum; Et quid accedente pacto, ut dotis restitutio fieri possit in eisdem rebus.

Doti de jure communi non competit privilegium viae executivae; Et an illud competens ex Statuto Urbis suffragetur mulieri forensi pro dote constituta extra Urbem, si mulieri, ac dotis debitor in Urbe morentur; Et remissive de alteratione monetae, in qua dos constituta est, cujus commodo, vel incommodo cedat.

D I S C. LVIII.

Rothana, seu Albanen. dotis.
De Statuto Urbis tribuente pro dote viam executivam etiam contra tertios possessores bonorum viri debitoris, an locum habeat, & sit practicabile contra illum, qui in vim cessionis invalide obtinuit pro restitutione dotis bona viri debitoris cum eadem via exequitur ab ejus creditoribus, ac aliis tertius possessoribus.

D I S C. LIX.

Nullius haren.
An pro dote, ac fructibus dotalibus de jure competat via executiva; Et an adsit aliqua differentia inter sortem & fructus.

Et aliqua de beneficio deducto ne egeat competente fratri dotanti, vel clerico pro debito dotis.

D I S C. LX.

Romana dotis, seu Locorum Montium.
Loca montium an censentur data in dotem tamquam species, vel pro quantitate; Et quatenus tamquam species, si aliquid habeant vinculum, an dotans teneatur illud tollere, vel censentur data, prout ipse habet.

D I S C. LXI.

Fanen. dotis.
Dos ex certis creditis constituta, an censetur demonstrative, vel taxative, ita ut in casu deficientiae competat necne actio contra dotantem; Et de materia periculi nominis cessi, an sit cedentis, vel cessionarii.

D I S C. LXII.

Fanen. dotis.
An mulier habeat adversus dotantem actionem petendi dotem viro directe promissam, seu constitutam, sine viro, vel ejus hereditate cessione; Et an mulieri petenti dotem a dotante obstat exceptio adimplementi promissi per virum circa reuaciationem, vel alia.

D I S C. LXIII.

Callien. seu Urbanen. dotis.
Dotans an teneatur de evictione, vel ad damna, & interesse ob non bene expressa vincula rerum datarum.

Et ubi vinculum est ad favorem ipsius dotantis, an dando in dotem bona, sine talis vinculi reservatione, censetur remissum, vel potius praeservatum, praeter onus substitutionis.

D I S C. LXIV.

Fulginate. dotis.
De reviviscencia priorum jurium, & actionum favore dotis, evictis bonis datis in solutum.

D I S C. LXV.

Forsenproven. seu Fanen. dotis.
Exceptio excessivitatis dotis, an impediatur illius executionem ac processum executivum, & quando dicatur excessiva necne.

D I S C. LXVI.

Romana privilegiorum.
De dote inofficiosa per patrem vel filiam constituta, quomodo & in qua parte per alios revogetur; Et an in eo, quod ex isto capite per filios a lotore avocatur, jus habeant creditores patris.

D I S C. LXVII.

Barcinon.
De praesumpta solutione dotis resultantem a lapsu temporis aliusque presumptionibus, & adminiculis.

D I S C. LXVIII.

Lavellen.
De probatione solutionis dotis ad effectum, ut contra virum competat actio ad restitutionem. Quando casualis peremptio rei dotalis cedat damno viri, vel uxoris; Et aliqua de lucro dotis conventionalis, & de interesse damni emergentis.

D I S C. LXIX.

Fulginate. Arredi.
De praesumpta solutione dotis; Et de dote incerta remissa in voluntatem, ac arbitrium dotantis, vel alterius, an valeat, & obliget.

D I S C. LXX.

Romana dotis, seu residui.
Viro, qui integram dotem non exegerat, mandante eam integre uxori restitui, an ita dotans a debito residui liberatus censetur, vel potius viri hereditibus actio competat ad sequutionem.

D I S C. LXXI.

Romana dotis de Alteris.
Ad materiam text. in l. si extraneus, ff. de vir. dor. quando scilicet viro imputetur, cur dotem non exegerit, ita ut mulier pro dotis quamvis inexacta restitutione contra eum, vel ejus heredes agere possit, praesertim ubi non exigit ab haerede.

D I S C. LXXII.

Senen. concursus.
De materia dotis confessatae, an scilicet & quando dicatur dos vera ad plures effectus, illum praesertim repetibilis.

D I S C. LXXIII.

Reatina dotis.
De eadem materia dotis confessatae, quando dicatur vera dos, ita ut confessio probet veritatem; Et an ob conventionem inter mulierem & viri haeredes, ut dotem retinendo, annuum praestationem solverent, censetur inducta dotis donatio, seu alias prohibita sit mulier dotem repetere, ubi praesertim a solutione conventae praestationis deficitur.

D I S C. LXXIV.

Romana dotis de Zarottis.
De eadem materia dotis confessatae, an sit vera dos, praesertim in praedictum creditorum viri; Et quando praecedens promissio dicatur sufficiens adminiculum veritatis.

D I S C. LXXV.

Placentina.
Confessio dotis facta per maritum in testamento de certa summa relative ad instrumentum dotalis ex quo patet illam esse longe minorem, an probet illius veritatem, vel saltem subfineatur tanquam legatum in eo excessu.

D I S C. LXXVI.

Januen. compensationis.
Dote in toto, vel in parte restituta per matrem filio per actum tacitum compensationis, seu confusionis actionum, qua nempe filius sit in parte haeres, an liberetur cohæres, ita ut viro existente non solvendo, mulieri competat actio adversus cohæredem, & ad bona socii debitoris in alterius haereditate portione obventa.

D I S C. LXXVII.

Tusculana juris offerendi.
An materiam text. in l. in rebus, C. de jure dotalium, an scilicet bona, quae data fuerunt in dotem aestimata,

ta cum vera aestimatione ac loco quantitatis efficiantur de dominio mulieris, ac verè dotalia in exclusionem juris offerendi competentibus creditoribus posterioribus viri.

D I S C. LXXVIII.

Senen. dotis.
Hypotheca dotis restituenda an incipiat a die promissionis dotis, factae occasione sponsalium cum muliere impubere contractorum, ipsa muliere absente, per ejus patrem; vel potius tali casu attendi debeat tempus matrimonii.

D I S C. LXXIX.

Asina dotis de Gbileris.
Hypotheca dotis restituenda in bonis viri, vel socii, quando incipiat, an a die promissionis, & sponsalium, vel a die matrimonii, in concursu eorum, qui medio tempore inter promissionem, & matrimonium contraxerunt.

Et quid si de tempore promissionis, & sponsalium aderat canonicum impedimentum postea sublatum per dispensationem Apostolicam, an hypotheca initium metiendum sit ab initio promissionis, vel a die obventae dispensationis, & sublati impedimenti.

D I S C. LXXX.

Romana pecuniaria de Bolis.
An in concursu creditorum patris suffragetur filii, binuba hypotheca resultantis ex dote constituta pro primo matrimonio vivente patre dissoluto per mortem viri.

D I S C. LXXXI.

Romana dotis, seu concursus.
De concursu mulieris agentis pro restitutione dotis super fructu pro virum collecto, cum creditoribus ex causa feminis, quamvis posterioribus.

D I S C. LXXXII.

Romana concursus de Aretusia.
De hypotheca dotali posteriori, an vincat creditorem anteriorem ex causa administrationis, pro qua nulla constituta sit expressa hypotheca; Et quid si haec administratio fuerit ex causa appalatus veltigalium, an intret privilegium filii.

D I S C. LXXXIII.

Romana pecuniaria, seu concursus.
De privilegio potioritatis competente doli adversus creditores anteriores expressam hypothecam habentes in bonis postea quaesitis; Et an & quando pretium succedat loco rei favore dotis, quae in hoc privilegiata sit necne.

D I S C. LXXXIV.

Romana concursus de Andofillis.
De eadem materia, an scilicet hypotheca expressa dotis restituenda potioritatem habeat adversus hypothecam anteriorem, etiam expressam, in bonis postea quaesitis, ita ut dos filii privilegio in hoc gaudeat.

D I S C. LXXXV.

Tiburtina Salviani.
An emens bona a viro cum consensu & valida obligatione mulieris, se tueri possit adversus eundem viri creditores cum hypotheca doti, ac iuris ipsi mulieri competentibus.

Et aliqua de pragmatice prima ad Vellejanum, super obligatione mulierum, in Regno Neapolitano; Et quid circa eam operetur juramentum, & an haec nullitas opponi possit a tertio; Et de forma probandi instrumentorum ejusdem Regni.

DISC. LXXXVI.

Callien. Dotis.

De exceptione cedendarum, an & quando obset mulieri pro dotis restitutione agenti contra unum ex obligatis; Et an pro rata soluta viro competat actio contra eisdem viri patrem, vel fratrem ad dotis restitutionem obligatum; Et an dotis debitorum constituenda, vel restituenda, teneantur in solidum.

DISC. LXXXVII.

Romana dotis de Martolis.

An consensus prestitus per filium patri alienanti eius bona, importet remissionem hypothecae dotis maternae filio competentis, seu alias ei praedictet. An pro dote per virum confessata, seu acceptilata detur actio mulieris hereditaria contra eisdem viri bona in praedictum creditorum, quamvis confessio sufficienter administrata non esset; Et an mulieris haeredes ad dotem restituendam agentes per viri creditores cogendi sint agere contra dotantem, seu ad bona fideicommissaria patris, vel alterius ascendentes eisdem viri.

DISC. LXXXVIII.

Maceraten. pecuniaria.

Dos constante matrimonio an restitui possit; Et actus, qui desuper sequatur inter coniuges, an importet restitutionem, vel affectationem. De iure offerendi competente creditori viri adversus mulierem possidentem bona pro dote; Et an contra mulierem possidentem pro dote detur praetio competens creditori censuario; Et aliqua de transmutatione dotis à quantitate ad speciem.

DISC. LXXXIX.

Urbinate dotis.

An & quando dotans teneatur de evictione, five an promissa in dotem quota bonorum dotantis, intelligatur deductis debitis & oneribus, necne.

DISC. XC.

Melervitana fideicommissi.

An & quando substatuatur onera doti adiecta, & qualis consensus mulieris requiratur pro validitate huiusmodi onerum, quae alias de iure non substatuuntur; Et quando mulier dicatur dotari de bonis propriis, vel dotantis.

DISC. XCI.

Camerinen. dotis.

De pactis reversivis doti adiectis, & an quando subsistant, vel rejiciantur, quod pendet à puncto, an & quando dos succedat loco legitime, & quomodo dos succedens, vel respectiva non succedens loco legitime detrahenda sit.

Pactum reversivum conceptum ad favorem dotantis eiusque haeredum, an intelligendum sit de quibuscumque haeredibus, vel solum de illis sanguinis.

DISC. XCII.

Romana dotis de Montanis.

An dos constituta in bonis fideicommissariis ex subsidiario remedio. *Auth. res que recipiat pacta reversiva* aliisque vincula & onera; Vel potius possit mulier, quae operibus & pactis praedictalibus expressum consensum non accommodavit, illorum refectionem petere.

DISC. XCIII.

Romana pecuniaria, seu canonum.

An & quando restitutio dotis constante matrimonio facta per patrem viri utrique coniungi illum liberet, vel potius ea non obstante, in casu quo mulieri consilium non remaneat, regressus competat contra eundem socerum.

DISC. XCIV.

Aesina dotis.

Ad materiam text. in *l. uxor. §. ex actibus C. de rei uxoris actione*, an scilicet, & quando mulieri agenti contra haeredes viri ad restitutionem dotis obset exceptio redditionis rationum administratae tutelae, vel curae.

DISC. XCV.

Arminen. gabelle.

De quaestione super valida, vel invalida obligatione mulieris dicentis se indotatam, tam in isto, quam in pluribus aliis causis disputata.

DISC. XCVI.

Romana nullitatis executionis.

An nullitas obligationis mulieris ob excessum medietatis dotis, ac indagationem exinde resultantem, per illam viventem non opposita, opponi & allegari possit per eius haeredes.

DISC. XCVII.

Asulan. bare ditatis, seu dotis.

De materia dotis affirmata, vel inestimata; Et quando bona per dotantem uno, vel altero modo in dotem data dicantur.

DISC. XCVIII.

Tudertina supplementi legitime.

An dos data per matrem in vita imputetur in legitimam; Et quid de dote data per patrem.

DISC. XCIX.

Romana legati, seu compensationis.

Legatum factum à viro uxori de omni eo, quod ipse ob impenas in rebus dotalibus facta, seu debita soluta consequi deberet, an impediat ne mulier legataria assequatur ab eisdem viri haereditate restitutionem partis dotis ab eo habitae; Vel potius dictum legatum censetur factum animo compensandi, & de eo quod superesset assequendum ultra debitum; Seu quomodo alias talis dispositio intelligenda sit.

DISC. C.

Hortana legati dotum.

De legato subsidiarium dotalium prestatorum pauperibus puellis de familia, quibusnā puellis conveniat; Et an etiam conjunctis testatoris per cognationem; Et quid ubi non adsumt puella agnata, vel in satis tenera aetate nuptiis incongrua.

DISC. CI.

Romana restitutionis dotis.

Ad materiam Statuti Urbis 130. de dote per fratrem data, ut ad eundem reverti debeat, quomodo id intelligendum sit; Et in qua specie dotis; Et quid ubi mulier decessit cum testamento.

Et de statuto Januae circa facultatem competentem, vel denegandam mulieri disponendi de dote an intret ubi dotis constitutio iam effectum sortita est cum matrimonio, quod postea detectum est nullum, unde dos remanet mere putativa.

DISC. CII.

Beneventana dotis, seu pecuniaria.

De consuetudine Civitatis Neapolis nuncupata *Capuana & Nidi*, alias *more nobilitum*, seu *alla nova maniera*, super modo succedendi in dote, & super mulieris facultate de illa disponendi in praedictum filiorum, vel aliorum.

DISC. CIII.

Neapolitana successione.

De consuetudine Neapolis que incipit, *Si qua moriens*, disponens, ut mulier disponere non possit de dote nisi in decima parte, aliis novem filiis reservatis, an intelligatur solum de dispositionibus per ultimam voluntatem, vel etiam de dispositis per viam

Index Argumentorum.

viam donationis; Et quando hec dicatur inter vivos, vel causa mortis; Et aliqua ad materiam *l. summa, C. de secundis nuptiis*, de matre binuba.

DISC. CIV.

Trauen.

De consuetudine Barensi super successione filiorum in dote materna, an succedant tamquam haeredes, vel potius tamquam filii ex persona propria; Et quid ubi adsumt filii ex primo & secundo matrimonio.

DISC. CV.

Bituntina fideicommissi.

De consuetudine Civitatis Bituntinae, an deserat materiam dorem filii, itant in ea per matrem gravari possint necne; Et ista occasione generaliter de consuetudine Barensi super eadem materia.

DISC. CVI.

Urbevetana fideicommissi de Clementinis.

An in dote quae ex Statuto filii debetur uti filiis, possit mater ordinare fideicommissum inter eisdem filios eorumque descendentes.

Et an huiusmodi Statuta ita disponentia de filiis, locum habeant in nepotibus ex eis praefunctis.

DISC. CVII.

Turritana.

De successione in dote iuxta Constitutiones Cataloniae; Et an eodem iure vivatur in Regno Sardinea.

DISC. CVIII.

Bononien. successione dotis.

De Statuto Bononiae super successione filiorum ex diversis matrimoniis in dote materna, an sit in stirpes, & pro numero matrimoniorum, vel potius in capita, & pro numero filiorum; Et an five uno, five altero modo, succedant iure proprio tamquam vocati à Statuto, vel potius tamquam haeredes matris; Et aliqua de lucro, quod per idem Statutum viro superstiti defertur.

DISC. CIX.

Maceraten. dotis.

De Statuto Macerateni super modo restituendi dorem, an in ea parte, in qua disponit ad favorem haeredum viri, suffragetur ipsimet viro venti, qui dorem restituere debet.

DISC. CX.

Januen. fructuum.

Facto legato certae pecuniariae summae in causam legitime filiae, vel nepri pro dote & pro quando maritabitur, an interim donec nuptiae sequantur, debeantur fructus, seu usurae.

DISC. CXI.

Bononien. fructuum dotis.

De fructibus, seu usuris dotalibus per mulierem solum matrimonio pro retardata dotis restitutione à viri haeredibus praetentis. Et an percipiens fructus, vel alimenta ex bonis viri in eius domo, teneatur perceptum imputare in fortem.

DISC. CXII.

Romana fructuum dotis de Sabellis.

An dotans teneatur viro pro tempore retardatae solutionis dotis ad fructus, seu usuras dotalis, quoties solutionem in iudicio obtulit prompte facturus, eo ipso, quod per virum adimplerentur promissa, itant non implementum esset causa retardatae solutionis.

DISC. CXIII.

Arianen.

An mulieri solum matrimonio debeantur fructus, vel usurae dotalis per dotantem, vel jus

haeredes, praesertim ubi sunt conventae;

DISC. CXIV.

Sabinen. fructuum dotis.

De usuris dotalibus constante matrimonio regulariter debitis, an currant, & debeantur, pendente dilatione conventionali, & quando de illa constare dicatur, necne. Et quid ubi dos promissa esset ad placitum, & requisitionem viri.

DISC. CXV.

Biterten. bonorum.

De fructibus, seu usuris dotalibus, an ab illarum cursu excusetur debitor ob justam credulitatem se non esse debitorem; Et an per receptionem fortis censentur remisse; Et de illarum prescriptione, seu tacita remissione per silentium longi, vel longissimi temporis.

DISC. CXVI.

Pranestina.

An per receptionem dotis in sorte principali praedictatum censentur fructibus, seu usuris dotalibus decursis, quin amplius peti possint; Et aliqua de eorumdem fructuum taxa, seu quantitate, quando dos solvi promissa est in bonis, non autem in pecunia.

DISC. CXVII.

Romana Salviani.

De usuris dotalibus debitis mulieri per virum etiam constante matrimonio in casu affectationis ob vergentiam, tam de dote, quam de lucro, & ad quam rationem illae debeantur, seu ad quem pertineant, & pro qua rata percipiat fructus bonorum, in quibus mulier affectata fuit; Et de fructibus dotalibus pro dote incerta, & illiquida, ex post facto certificata.

DISC. CXVIII.

Romana fructuum de Mastetis.

De conventione inter generum, & socerum dotantem super participatione certae quantitates fructuum per virum prestandae dotanti ex bonis in dotem assignatis, an locum habeat etiam si bona in sorte, vel in fructu minuantur; vel potius utriusque esse debeat diminutio pro rata.

DISC. CXIX.

Romana fructuum dotis de Casarinis.

De usuris, seu fructibus dotalibus habentibus in Urbetaxam à Satuto, an ea non obstante taxari debeant ad rationem fructuum bonorum, in qua conventum est dorem in quantitate constitutam investiri debere; Et aliqua de differentia inter instrumentum, & capitula, cui potius deferendum sit.

DISC. CXX.

Perusina fructuum.

De fructibus dotalibus, an debeantur mulieri viduae solum matrimonio, quam vir Madonnam & usufructuaria reliquerat.

Et de fructibus bonorum extradotalium, à viro eiusque haeredibus percipis, an mulieri restitui debeant, & quod jus, vel actionem pro extradotalibus mulier habeat in bonis viri, praesertim in concursu creditorum.

DISC. CXXI.

Sulmonen. fructuum dotis.

An & quando usurae dotalis debeantur mulieri viduae per haeredes viri pro dote restituenda; Et quatenus sint solutae, an in fortem imputandae sint; Et aliqua de damnis & interesse debitis per mandatarium non adimplem onus investimenti pecuniariae per cum suscepti.

DISC. CXXII.

Romana, seu &c.

De fructibus dotalibus bonorum dotalium, sive usufructibus debitis pro quantitate, an & quando debeantur viro putativo, qui eos faciat suos.
Et an doli putativæ præsertim restituendæ competant privilegia dotalia, illud præsertim *Auth. res quæ, C. commun. deleg.*

DISC. CXXIII.

Viterbiensis, seu Eugubina fructuum dotis.

An tertius, qui mulieri solvit dotem à dotante, sive ab heredibus viri debitam, præterdere possit usufructus dotalis, quæ aliâ favore mulieris, vel ejus viri currerent. Et quid ubi tertius solutam pecuniam mutuam est sub usufructu, quas persolvit, an habeat actionem ut servetur indemnitas; Et quando hoc jus obtinendi usufructus dotalis sit cessibile.

DISC. CXXIV.

Fulginate, fructuum.

De usufructu dotalibus conventis inter mulierem viduam; & hæredes viri pendente dotis restitutione, an & quando licite debeantur.

DISC. CXXV.

Romana, seu &c. fructuum dotis Monialis.

An pro dote Monialis promissa Monasterio, & non soluta, conveniri possint, ac licite exigi usura, vel fructus, etiam post mortem Monialis; Et an soluta impudentur in sortem necne.

DISC. CXXVI.

Tiburina Castri S. Angeli.

De pacto legis commissoriae regulariter prohibito & invalido, an valeat in causam dotis, ejusque favore.

DISC. CXXVII.

Romana, seu &c. alimentorum.

Facto legato per extraneum alicui puellæ monachæ de subsidio dotali præstando Monasterio pro monacaggio, an sub hujusmodi legato veniant alimenta, quæ in anno probationis præstanda sunt Monasterio, quando subsidium remanet otiosum, & fructiferum sub deposito.

DISC. CXXVIII.

Romana dotis de Anguillaria.

De lucro dotis mulieris extræ nuptæ viro Romano; an debeatur ad formam Statuti Urbis, etiam ex dote promissa, & non soluta; Et quid accedente pacto.

An in dote hujusmodi mulieris, ad effectum lucri, attendenda sit constitutio Sixtina dotium moderatoria, & de pluribus concernentibus materiam lucri, seu antephati, etiam in Regno Neapolitano, & de prædicti Regni legibus, vel consuetudinibus ad hunc effectum.

Et de lucro Statutario Urbis, an debeatur pro dote promissa & non exacta; quomodo & quando.
Et aliqua de dotis, ac lucri dotalis fructibus debitis ex Statuto Urbis, quando intret eorum excusatio.

DISC. CXXIX.

Romana lucri dotis de Lenis.

Lucrum dotis an debeatur ex illa parte, quæ promissa est sub certa conditione caducata, atque constante matrimonio effectum non sortita; Et quatenus debeatur, à quo, & quomodo.

Et de eodem lucro debito etiam dote promissa quamvis non soluta, non tamen exigendo pendente dilacione conventa super ipsius dotis solutione.

DISC. CXXX.

Romana quarti dotalis.

De lucro dotali debito ex Statuto Urbis, an procedat ad favorem secundi viri, vel respectivè secundæ uxoris superstitibus filiis ex primo matrimonio; Et quatenus procedat, an intelligendum sit firma remanente dispositione text. in l. hac Edictali, C. de secunda nupt. & quomodo detractio practica sit; Et quid ubi conjux præmoriens de bonis disposuit, seu debita contraxit.

Et aliqua de lucro conjugi superstiti delato in solo usufructu ob superexistentiâ filiorum, an istis præmorientibus debeatur etiam in proprietate.

DISC. CXXXI.

Romana lucri dotalis.

De eadem materia lucri dotalis debiti conjugi superstiti ex Statuto Urbis; an locum habeat ubi conjux defunctus esset binubus, atque super sunt ex eo filii prioris matrimonii, vel potius iste casus tamquam mixtus remaneat extra casum Statuti; Et quomodo illud lucrum ex bonis dotalibus detrahi debeat.

DISC. CXXXII.

Romana lucri judiciorum.

De pacto super lucro dotis inito per conjugem binubum, an censetur derogare nec ne dispositioni text. in l. hac Edictali, C. de secunda nupt. vel potius ad ejus limites intelligendum sit.

Et quid inter Judæos attenda lege Mosaitica, & an ipsi dicantur cives qui secundum Statuta Civitatis vivere debeant.

DISC. CXXXIII.

Romana census.

De lucro, quod mulier ad formam Statuti Urbis fecit superstitibus filiis solutum non de bonis viri, sed de illis focii, ad quem ea defuncta pertinet in proprietate.

DISC. CXXXIV.

Romana census, seu lucri.

De Statuto Urbis 131. super lucro regulariter observando in toto districtu, an cedere debeat Statutis particularibus locorum, vel particulari consuetudini contrariæ.

Et quando Statutum particulare in proposito dicatur contrarium, vel incompatibile.

DISC. CXXXV.

Nepesina quarti dotalis.

De eadem materia discursus præcedentis super Statuto Urbis 131. circa lucri cessationem ex Statuto, vel consuetudine particulari.

DISC. CXXXVI.

Pisanorum lucri dotis.

De lucro Statutario, an debeatur viro ex dote per mulierem minorem sine curatore, aliique solemnitatibus constituta.

DISC. CXXXVII.

Tuderina lucri dotalis.

Nubente muliere, ac dante in dotem ejus bona partim libera, & partim fideicommissaria; an lucrum dotalis ex Statuto in certa dotis quota debitum, debeatur solum de bonis liberis, ac pro illarum rata, vel etiam habita ratione fideicommissariorum, illud detrahendo integrum ab aliis in bonis liberis.

DISC. CXXXVIII.

Urbevetana lucri dotis.

De eadem materia disc. præced. an scilicet dote in bonis, partim liberis, & partim fideicommissariis constituta, de omnibus, & ad quam raram debeatur viro lucrum ex Statuto, vel pactum delatum.

DISC.

DISC. CXXXIX.

Comen. antephati.

De antephatu quod mulier lucratur ex Statuto Comenisi, an debeatur filiis tanquam filiis, vel potius tanquam viri hæredibus; Et quibus filiis illud deferatur, & an etiam foeminis.

DISC. CXL.

Romana dotis de Sportis.

De successione filiorum ex matrimonio superstitium in lucro delato conjugi non binubo, quomodo & quando intret in præjudicium ipsius conjugis hæredum, vel creditorum, ad text. in *Auth. uxore mortua, & concordan.*

DISC. CXXI.

Romana dotis & augmenti.

De regula, ut dos data primo viro censetur etiam constituta secundo, quamvis non appareat, an procedat etiam in augmento dotali per primum virum mulieri dato; Et quando istud augmentum dicatur dos, vel potius donatio pura, seu donatio propter nuptias, quæ sub dicta regula non cadat.

Dato expressè, vel præsumptivè in dotem usufructu vel alio jure vitalitio, quid restituendum sit per virum soluto matrimonio; Et incidenter aliqua de lucro integrè percipiendo de bonis dotalibus superextrantibus, si alia deficiant, ita ut ex eis detractio fieri non possit.

DISC. CXXII.

Appendix aliquorum discursuum, seu questionum generalium ad eandem materiam dotis.

De personis quæ ex dispositione juris tenentur dotare; Et de ordine servando inter eos, quisnam prius & quis postea, seu in subsidium, ac etiam de concursu plurium dotandarum, & ordine inter eas tenendo, quænam primo, & quæ secundo dotari debeant.

DISC. CXXIII.

De Statutis dotium moderatoriis, an valeant, & obligent, quomodo, & quando; Qua occasione agitur de dote, an sit de jure naturali, vel gentium, vel positivo; Et incidenter de Statutis laicalibus comprehendentibus necne actus juratos, vel personas Ecclesiasticas in genere.

DISC. CXXIV.

De taxa dotis, quomodo faciendâ sit, & quando dicatur congrua, seu de paraggio, & de quibus bonis in proposito habenda sit ratio.

DISC. CXXV.

Ad materiam *Auth. res quæ, C. commun. de legat. de dote* constituenda, vel restituenda ex bonis fideicommissi, quando locum habeat, & quomodo; Et de aliis ad hanc materiam pertinentibus.

DISC. CXXVI.

An bona feudalia, vel jurisdictionalia, seu regalia dari possint in dotem; Et quatenus dentur, quisnam effectus exinde resultet; Et quid de dote restituenda, an eis subiaceant dicta bona feudalia, vel regalia.

DISC. CXXVII.

An bona emphyteutica dari possint in dotem, vel subiaceant dori constituendæ, & restituendæ, quomodo, & quando.

DISC. CXXVIII.

An usufructus, usus, servitus, officia vacabilia, & alia jura personalia dari possint in dotem, & quatenus dentur, quomodo censentur data, & quid veniat in restitutione.

DISC. CXXIX.

De Statutis prohibentibus alienationem, vel transfertum bonorum in forenses, an capiant casum

dotis in cuius causam dari possint hæc bona viro forensi, necne, quomodo, & quando.

DISC. CL.

Constitutio dotis an requirat scripturam, vel aliam formam ad ejus constitutionem, & probationem; Et quando dicatur constituta ipso jure, muliere simpliciter primò, vel secundo nubente.

DISC. CLI.

Dos quando ita constituta censetur, quod efficacem actionem tribuat ad ejus executionem, & quæ actio, vel remedium tam viro, quam mulieri competat ad dotis executionem.

DISC. CLII.

Dos semel constituta, an & quando minui possit, vel angari debeat; Et an alterari possit cum diversis pactis, vel oneribus in diverso matrimonio.

DISC. CLIII.

Dos quando censetur data, vel constituta animo donandi, vel potius animo rependi, vel compensandi cum eo, ad quem de jure onus dotandi pertinet, vel cum ipsamet muliere.

DISC. CLIV.

Quo nomine dos constituta censetur, & de quibus bonis, an scilicet de propriis, vel ipsius dotatæ, sive an proprio, vel administratorio nomine; Et ubi per patrem, an, ut fatisceret paterna obligationi, vel tanquam ab extraneo, ad effectum suspiciendi, an dos dicatur profecticia, vel adventitia, & de effectibus exinde resultantibus.

DISC. CLV.

De pactis, vinculis, & oneribus quæ doti adjiciantur quando valeant & obligent; Et incidenter de pacto super futura successione, ac etiam remissione de altero legis commissoria.

DISC. CLVI.

De dote inofficiosa, ejusque materia; nec non de materia dotis excessivæ, & lævivæ; ac etiam de dote fraudulenta, erronea, nulla, vel revocabili, aut alias indebita.

DISC. CLVII.

An & quando dotans tenetur de evictione; vel teneatur de exigibilitate nominis debitoris dati in dotem, & quomodo.

DISC. CLVIII.

Quando dos dicatur consistere in specie, vel in quantitate, atque dicatur æstimata, vel inæstimata, & de effectibus exinde resultantibus à dominio penes virum, vel mulierem respectivè residentem, & quale dominium transeat in virum dotis, quæ consistit in specie.

DISC. CLIX.

De dote confessata, an sit vera dos, & quando confessio probet dotem.

DISC. CLX.

De fructibus bonorum dotalium, tam naturalibus, quam industrialibus, & civilibus, discretis tamen ab usufructibus pro dote quantitatibus, quomodo viro debeantur, ac de illorum divisione inter conjuges, eorumque respectivè hæredes.

DISC. CLXI.

De usufructu, seu interusufructu dotalibus pro dote constituta, vel restituenda, quæ consistat in quantitate; Et de fructibus pignoris dati pro dote debito in quantitate, ad materiam text. in *cap. salubriter, de usufructu.*

DISC. CLXII.

De fideiussoribus dotium; Et in specie, an & quando pater sponsum teneatur pro dote se obligare, ac dotem assecurare, vel obligatus censetur, Et quomodo tatem filio restituendo, ab obligatione eximatur.

DISC.